Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et respice ad humilitatem non potes.
Nec non respicis super iniquitates
et tacet deuorante impio iusti
orem se. Et fames hominis quasi
pisces maris et qui reptile non habens
principem. Totum in hamo sub
leuabit. traxit illo in sagena sua.
et congaudet increpat suis. Ideo hoc le
tabit et exultabit. Propter hoc immolabit
sagene sue. et sacrificabit retiaculo suo.
quia in ipsis incrassata est pars eius.
et cibus eius electus. Propter hoc g. ex
pandit sagenam suam. et semper in
ficiet gentes non cessat. Cap. ij.
Super custodiam meam sta
bo. et figam gradus super
munitionem. et contemplabor
ut videam quid dicat mihi. et quid
respondeam ad arguentem me. Res
pondit michi dominus. et dixit. Scribe
visum et explana eum super tabu
las. ut percurrat qui legit eum. quia
adhuc visus. procul. et apparebit in
finem et non mentietur. Si morabitur
expecta eum. quia veniens veniet.
et non tardabit. Ecce qui incredulus
est. non erit recta anima eius in
semetipso. Iustus autem ex fide sua viuet.
Et quomodo uinum potantem deceptit. sic
est uir superbus et non decorabitur. qui
dilatauit sicut infernus animam suam.
et ipse sicut mors. et non adimplebitur.
Congregabit ad se omnes gentes. et
coacuabit ad se omnes populos. Nun
quid non omnes isti super eum
sument parabolam. et ioculum enigma
tum eius. et dicent. Ve ei qui multi
plicat non sua. Usque quo aggra
uat contra se densum luti. Num
quid non repente consurgent qui mor
dant te. et euigilabunt qui lacerantes
te. et eruigilabunt insidiatores tui.
eris in rapinam eis quia tu spoliasti
gentes multas. spoliabit te omnis
qui reliqui fuerit de populis. Propter
sanguinem hominis. et iniquitatem
terre ciuitatis. et omnium habitantium in
ea. Ve qui congregat auaritiam malam
domui sue. ut sit in excelso nido
eius. et liberari se putat de manu
mali. Cogitasti confusionem domui
tue. exterminii populos multos. et peccauit
anima tua. quia lapis de
parete clamabit. et lignum de in
munitura respondebit.
Ve qui edificat ciuitatem in san
guinibus. et parat urbem in iniqui
tate. Numquid non hec a domino
sunt exercituum. Laborabit enim pli
ne multo igni. et gentes in uacuum
deficient. quia repleberis tua. et cog
nosent gloriam domini. sicut aqua
operientes mare. Ve qui potum dat
amico suo. mittens fel suum et in
ebrians. ut aspiciat nuditatem
eius. Repletus es ignominia pro
gloria. Bibe tu quoque. et consopire.
Circumdabit te calix dextere domini.
et uomitus ignominie super gloriam
tuam. Quia iniquitas libani o
pprimet te. et uastitas animalium ter
rebit eos. De sanguinibus hominis.
et iniquitate terre. et ciuitatis. et om
nium habitantium in ea. Quid. prodest sculp
tile. quia sculpsit illud fictor suus.
conflatile et imaginem falsam. Na
quam in figmento fictor eius. ut
faceret simulacrum muta. Ve qui dicit
ligno expergiscere. surge. lapidi tacenti.
Numquid ipse docere potest. Ecce iste co
opertus est auro et argento. et omnis
spiritus non est in medio eius. Dominus autem
in templo sancto suo. taceat a facie eius
omnis terra.

aut

al. lect.